



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Joannis Friderici Karg Bambergensis Franconis. Pax Religiosa Sive De exemptionibus, & subjectionibus Religiosorum**

**Karg von Bebenburg, Johann Friedrich**

**Herbipoli, 1680**

3. Scopus Authoris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38315**

bus sub finem attextus est: quod cum nonnulli vel durum nimis, vel invidiosum putaverint, operæ pretium duxi, necessitatem ac utilitatem Eiusdem ostendere, omnibus hujus opusculi partibus ex SS. Canonibus, Constitutionibus Apostolicis, Decretis Conciliorum, SS. Congregationum declarationibus, sinceriore Historia, & ut hominis factiosi notam effugerem, scriptis Regularium ipsorummet, desumptis, si vel impugnatus, vel debitè requisitus fuero, confestim laudaturus Authores ad eversionem obstrictos.

3. Scio argumentum hoc à permultis variè discussum fuisse: At quoniam vel nimis jejunè, vel factiosè, vel acerbè; à nemine verò, de quo mihi constet, Theologicè, Canonicè, & Historicè simul hæc sparta suscepta fuit; ego, solo Christianæ concordie studio, post tractatam nuper è S. Synodi Tridentinæ Canonibus *Pacem Catholicam* cum Adversariis Fidei nostræ, intestinis quoque



que diffidiis obviaturus, *Pacem Religio-*  
*sam* non tam procurare, quam à tem-  
 pore ejusdem Concilii obtentam mon-  
 strare constitui, eâ fide, sinceritate, ac  
 Methodo, ut, licet Ecclesiasticus & in  
 Episcopali servitio constitutus sim, u-  
 num ordinem, *Ecclesiasticum servicet*, o-  
 pere teneam, cæteros charitate; nec us-  
 quam vesano mei statûs amore illectus,  
 aut Episcopos aut Ecclesiasticos contra  
 fas efferam; aut Regulares infra sui  
 gradûs prærogativas ullatenus depri-  
 mam, votorum summam tunc consecu-  
 rurus, si, ostensâ Episcopalis muneris &  
 Regularium operarum utili conjuncti-  
 one, effecero, ut sinè livore, contemp-  
 tu, ac metu, Episcopi, Ecclesiastici, & Re-  
 gulares, viribus studiisque unitis in-  
 cumbant ad seriò ac sedulò procuran-  
 dam majorem DEI gloriam, & anima-  
 rum salutem: ita nos præclare commo-  
 nente Hugone de S. Victore (f.) *licet in*  
*Monacho & Canonico diversitas sit ha-*  
*bitûs, idem tamen debet esse Religionis af-*  
*f. ctus.*